

DISPUTATIO XVI.

De Hierarchiis, ordinibus, & ministeriis Angelorum, 291

- Art. I. **Q**uo sunt hierarchie & ordines Angelorum? ibid.
§. I. Prima pars quasit resolutur, ibid.
§. II. Ata difficultas expeditur, 292
§. III. Solvuntur obiectiones, 293
- Art. II. Utrum Angeli superiores interdum ierantur in ministerium? ibid.
§. I. Quoniam promissi referuntur sententia, 294
§. II. Sententia D. Thomae profertur, ibid.
§. III. Solvuntur obiectiones, 295
- Art. III. An mundi gubernatio, & praeferim bonum in studia, Beatis Angelis a Deo commissa sit, 296
§. I. Prima pars quasit resolutur, ibid.
§. II. Corollaria nostra digna, ibid.
§. III. Statuta secunda conclusio, 297
§. IV. Tertia conclusio stabilitur, ibid.
§. V. Plura corollaria nostra digna, 298

TRACTATUS VIII.

De Homine, variisque statibus naturae humanæ, 300

DISPUTATIO I.

De creatione Hominis, & statu innocentia, 301

- Art. I. **D**e productione Adami, ibid.
Art. II. **D**e formatione Eva ex Adamo, 303
Art. III. Quibus donis & privilegiis Adam in statu innocentia datus fuerit? 304
Art. IV. Alia dona & privilegia status innocentia reconsentur, & explicantur, 306
Art. V. An justitia originalis, quo Adamo in statu innocentia, pro ipso & ejus posteris suis collata, est habitus realiter distinctus a gratia sanctificante? 310

DISPUTATIO II.

De Paradiso terrestri, 311

- Art. I. **A**n Paradisis sit aliquis locus corporeus, in aliquo determinata mundi parte conditus, & in quo? 312
§. I. Resolutur sententia, & verior seu probabilior eligitur, ibid.
Art. II. Principis obiectiones solvuntur, 313
Art. III. Quem sicutus seu dissimilans habent Paradisis terrefris? 314
Art. IV. Quans magnitudinis fuerit Paradisis terrefris? ibid.
Art. V. Paradisi terrefris amanitatem, & pulchritudinem declaratur, 315
Art. VI. De Arbo vita, 316
Art. VII. De arbo scientis boni & mali, ibid.
Art. VIII. De fonte Paradisi, & quasque ejus fluminibus, 317
Art. IX. Num exter adhuc Paradisis terrefris? ibid.
§. I. Pars affirmativa ex probabilior eligitur, 318
§. II. Pars & Theologorum testimonia, ibid.

Finis Indicis Titulorum Tomi Secundi.

- §. III. Ratio fundamentalis nostra sententia, 319
§. IV. Principes obiectiones solvuntur, ibid.

DISPUTATIO III.

De statu nature integre, 320

- Articul. **Q**uid sit natura integra factus, & quomodo differt a statu innocentia? ibid.

DISPUTATIO IV.

De statu naturæ lapsa, 321

- Art. I. **Q**uodnam fuerit primum Adæ peccatum, a quo visita & corrupta fuit hominis natura? ibid.
Art. II. Quæ privationes & defectus, aut vulnera Adæ peccatum in naturam humanam inducerunt? 323
Art. III. An homo in statu naturæ lapsa, per peccatum originale factus sit debitor ad bonum, & prior ad malum, quam factus in statu pure naturæ, 324
§. I. Quoniam promissi referuntur sententia, ibid.
§. II. Conclusio negativa statuatur, 325
§. III. Solvuntur obiectiones, 326

DISPUTATIO V.

De statu naturæ reparata, 328

- Art. I. **A**n primi parentes peccati sui veniam & aeternam salutem confecuti fuerint? ibid.
Art. II. An homines in statu naturæ reparata per Christum, intensorem gratiam, & plura ac majora merita habentes, quam habentes in statu innocentia, si perserveraverint? 329
Art. III. In quo differat gratia statu naturæ lapsa, & per Christum reparata, a gratia statu innocentia? ibid.
§. I. Praemittuntur quo fere apud omnes sunt certa, ibid.
§. II. Prima difficultas expeditur, error quo Lutheri & Calvinii preservitur, 330
§. III. Alia difficultas resolutur, & sententia Januenii breviter confutatur, ibid.

DISPUTATIO VI.

De statu naturæ puræ, ibid.

- Art. I. **A**n statu naturæ possibilis sit? 331
§. I. Quoniam promissi referuntur sententia, ibid.
§. II. Statutum prima conclusio, ibid.
§. III. Secunda conclusio stabilitur, 332
Art. II. Convelluntur fundamenta adverse sententia, 333
§. I. Solvitur prima & principium argumentum Januenii, contra possibiliter statu naturæ puræ, ibid.
§. II. Alia Januenii argumenta solvuntur, 335
§. III. Diluvius argumenta sumpta ex parte concipiuntur, quam hemini in statu naturæ puræ convenire dicimus, 338
§. IV. Solvuntur argumenta contra statum puræ naturæ ex misericordia corporis desumpta, 338

TRA-



TRACTATUS QUINTUS.

DE PRÆDESTINATIONE ET REPROBATIONE,

Ad quest. 23. prima partis.

PRÆFATIO.



ASTISSIMUM & multorum naufragii celebre pelagus ingredimur, cum arcuum prædestinationis mysterium explicandum suscipimus, cuius magnitudo plurimorum ingenia absorbit, & difficilis cali columnas (quas Angelos, vel Sacros Ecclesiæ Doctores, D. Gregorius interpretatur Lib. 17. Moral. cap. 17.) sacro horro concutit. Quia quantilibet qualibet scientia excusat, penetrare non sufficit, quo nos Conditor moderanter judiciorum regit. Nonne columna cali contremuit, quando Apofolus exclamavit, O altitudo sapientia & scientia Dei, quam inexpligabiles sunt via ejus, & incomprehensibilia iudicium ejus! Nonne columna cali contremiscunt, quando ipsi etiam Seraphim capit & pedes alii suis velant, quos etiam (ut inquit D. Bernardus Serm. de verbis Isaiae) latet quid ante mundum fuit, quid erit post consummationem.

Nunquid (ais Job) nostri ordinem cali, & ponet rationem ejus in terra? Quis verbo expeditus Gregorius Lib. 29. Moral. cap. 33. Ordinem cali nosce, inquit, eft supernarum dispositionum occultas prædestinationes videre: rationem vero ejus in terra ponere, eft ante humana corda talium secretorum cauulas aperire. Quod utique facere in hac vita positus nullus potest. Ut enim a parvis ad majora veniamus, quis intelligat, cur vivit aliis infidulis morti proximorum, & moritur aliis qui profutus est vita multorum? Alius culmen potestatis affequitur, qui non nisi latere studeat, aliis tantummodo lefis defendere concupiscit, & tamen ipse oppresus jacet. Alius male inchoans, usque ad vite terminum ad pejora prostratur; aliis bene incipiens, per longitudinem temporum proficit ad augmenta mortalium. At contra aliis male vivens, dum refutatur, aliis bene quidem videtur vivere, sed in hac vita eo usque durat, quo ad perversa prorumpat. Alius Catholice matris ventre editus, juxta vita terminum, erroris voragine devoratur; aliis autem vitam suam in Catholicâ pietate consummat, qui ortus in perfida, cum lacte matris hauerat virus erroris. Alius celitidinem bene vivendi appetere & vult & valet; aliis nec vult nec valet: aliis valet & non vult. Quis ergo ista judiciorum secreta celestium discutiat? Quis intelligat discretam aquitatis oscula lancem? Dicatur ergo: Nunquid nostri ordinem cali, & ponet rationem ejus in terra? Quis enarrabit calorum rationem, & concentum qui dormire faciet?

Obtutissimum hoc prædestinationis mysterium, egregia Canticorum metaphora commendatur, ubi sponsi comi, qui supremi Iudicii super filios hominum confila non obfere exprimit, scutata Palmarum dicuntur Cant. 5. quod vim omnem in genitorum superem, & nigra quasi corvus, quod neðum hominum, quos hic nesciis dixerim, sed & celsissimum mensum lumen, sua obscuritate tenebris involvunt.

Cum igitur nos per faciem caliginis tenebras, humana mentes nec possint nec debeat divina contemplari mysteria, ut inquis Dionysius, magnum profecto huic mysterio injuriam irrogas, qui suo postu iudicio, quoniam Scripturæ & Patrum testimonijs metuendis patitur; & qui vulgi mentibus, novo hec, & nimirum sensibus lenocinante explicandi genere, ita blandiuntur, ut difficultatibus complacantur, ad humillimum captum, mysterium hoc esse demissum, & sursum eriam ac sonoribus, se palam facturas promittant. Sane, ut sapienter alim contra Abailardum Bernandus scriberet Epist. 189. Nihil magis contra rationem, quam rationem rationem conari transeendeat. Nihil magis contra fidem, quam credere nolle quidquid non pollicis rationes attingeat. Religiosis magistris nihil indigne magis: aut periculosis, quam ea nostris sensibus, Scripturæ & Patrum testimonijs neglegitis, aut per arbitrio detorti metri. Affurgit supra sensus, supra rationem, celestium oraculorum veritas, & quæ posuit tenebras talibum suum, divina revelationis tenebras amat; & ea quæ caliginis sacra formæ ac servatu, humanae rationis luminibus evanescit. Audient qui adeo suos sensus deperirent, & usque rationem, non qua Traditionem & Scripturam confundendas juber, sed quæ soñ in iudicem erigit, & ad suum subfallum cetera vocat, quid Augustinus scripsit Serm. 20. de verbis Apofoli, cap. 7. Queris tu rationes, ego expavefacit altitudinem. O altitudine divitiarum sapientia & scientia Dei! Tu ratocinare, ego mirer. Tu dubita, ego credam. Altitudinem video, ad profundum non pervenio, o altitudo! Requievit, Apofolus, quia inventi admirationem, nemo querat a me occultam rationem. Ille dicit inscrutabilis sum via ejus, & tu investigare venisti? Si scrutari inscrutabilia venisti, crede quia peritti. Tale est velle scrutari inscrutabilia, & investigabilia investigare, quale est velle invisibilis vide, & inessibilis fari.

Hic ergo prudenti Augustini consilio obtemperamus, & in hujus contemplatione mysteriis, non rationem & mundanam sapientiam, sed Scripturam & sanctos Patres consulamus. Non afteramus, inquit Lib. 2. contra Donatistis cap. 6. stateras doloras, ubi appendamus quod volumus, & quomodo volumus, per arbitrio nostro, dicentes hoc grave, hoc leve est: sed afteramus divinam stateras de Scripturis sanctis, tamquam de thesauris Dominicis, & in illa quid sit gravius appendamus; immo non appendamus, sed a Domino appenda recognoscamus.

Ita te monitum volui, Amice Lector, antequam profundissimum hoc prædestinationis pelagus, D. Augustino & S. Thoma dicimus, ingredere. Quo vero explicatio hoc tractatio evadat, quinque disputationibus, quæ solent in controversiam veritatis complectari. Prima erit de existentia & essentia divinae prædestinationis. Secunda de ejus causa. Tertia de ejus effectibus. Quarta de illius certitudine. Quinta de reprobatione, quæ prædestinationi opponitur, cum eadem sit scientia oppositorum.

Disputatio Prima,

DISPUTATIO PRIMA.

De Existencia & Essentia Prædestinationis,

NOMEN Prædestinationis tripliciter usurpari solet. Primo in ampla quadam & larga significacione, pro decreto scilicet, prædestinatione, seu præordinatione æterna cuiusunque rei a Deo efficiendo in tempore. Sic eam accepere Dionysius de divinis nominibus cap. 5. Damascenus oratione 1. de imaginibus. Auctor Hypognostico libro 6. Iudiciorum libro 1. sententiarum cap. 18. Hieronymus super capitulum 1. ad Ephes. ubi ait, *Prædestinatus est prædestinare*. Et D. Augustinus tractat 68. in Joannem dicens: *Dens fecit futurum, et a prædestinatione*. Et de prædestinatione Sancti c. 10. *prædestinatione sua Deus ea præsevit que fuerat ipso futurus*. Quam acceptiōnem, non strictam, sed generalem esse docent Hugo Victorinus lib. 1. de Sacram. parte 1. cap. 21. & D. Thomas hic art. 1. ad 2.

Secundo usurpari solet prædestinatione, pro delineatione seu deputatione reprobatorum ad æternum supplicium. Sic Augustinus lib. 15. de civitate cap. 1. Fulgentius libro ad Monimum cap. 13. 28. & 29. Prosper ad 10. & 11. obiectio[n]em Vicentianam, & Concilium Valentini cap. 3. ubi ait: *Eidem fatetur prædestinatione electorum ad vitam, & prædestinationem impiorum ad mortem*. Ceterum hanc etiam acceptiōnem a proprietate significacionis defere, ex eo convincit, quod punitio, seu æterna damnatio non est finis rationabilis creature, quam prædictio respicer debet.

3. Tertio prædestinatione cum omni proprietate sumitur, pro transfiguratione creature intellectuali ad æternam beatitudinem: qualiter prædestinationis nomen, quoquecumque absolute proferatur, accipendum esse docent communiter Theologi, & illa sic accepte disputant cum Magistro in 1. dist. 40. & 41. cum D. Thoma hic quest. 23. De hac etiam eleganter differunt plures ex SS. Patribus, præserit Augustinus in libris de prædestinatione Sanctorum, de dono perseverantie, & de natura & gratia; Prosper contra Collatorem, & ad objections Gallicorum; Fulgentius lib. 1. ad Monimum, & Anselmus lib. de concordia prædestinationis cum libero arbitrio.

ARTICULUS PRIMUS.

An homines prædestinari a Deo?

HAC difficultas in triplici sensu agitari potest. Primum est, an de facto sit ponendum in Deo hominum prædestinatione? Secundus, an illa fuitur Deo conveniens? Tertius an supposito quod aliqui homines salvantur, necessarium fuerit illos a Deo prædestinari, & in vitam æternam, abfoluto & efficaci decreto præordinari; & in omnibus est resolvenda.

§. I.

Existencia & convenientia prædestinationis breviter suadesur.

Dico primo: Dari in Deo prædestinationem. Hac conclusio certa & indubitate fide tenenda est, de ejus enim veritate a neunne dubitatum est præterquam ab aliquibus Gentilibus qui divinam prædestinationem negavissent, & in quorum persona dicitur Job 22. *Nubes tamen illud ejus nec nobis confidit, & circa cardines est per annulos*. Vel etiam ab Athelis, qui negantes immortalitatem animae, negaverunt consequenter prædestinationem ad gloriam: de quibus dicitur Sapient. 2. *Et neferimus Sacramenta Dei, nec spernemus mercede justitiae, nequidam cariorum honorem animalium sanctarum*. Vel denique ab aliquibus hereticis, qui infallibiliter & certitudinem divinæ prædestinationis, cum libertate & contingencia nostrorum actuum conciliare non valentes aut non voluntes, negaverunt homines a Deo prædestinari.

5. Probatur ergo primo conclusio ex variis Scripturis testimoniis; dicitur enim ad Romanos 8. *Quis prædestinatus, his & vocatis*. Ad Ephes. 1. *Prædestinatus nos in adoptionem filiorum Dei, per Jesum Christum*. Actuum 13. *Credidimus quoniam erant præordinati ad vitam æternam*. Et alibi paulum, sub electionis nomine haec veritas traditur, ratioque Divi Thomae hic art. 1. ad hanc formam redacta, illam siadet. Ratio transfigurationis creature rationalis infinitem vita æterna prædestinatione appellatur. At hec ratio existit in Deo ab æterno, cum quidquid in tempore exigitur, ab æterno in sua mente dispositum habeat: Ergo prædestinatione in Deo.

Vel aliter (ut a veritate sententiarum circa prædestinationis essentiam pro nunc abstractamus) potest ratio Divi Thomae proponi. Quidquid Deus in tempore exigitur, ab æterno in sua mente dispositum habeat: Ergo prædestinatione in Deo.

Vel aliter (ut a veritate sententiarum circa prædestinationis essentiam pro nunc abstractamus) potest ratio Divi Thomae proponi. Quidquid Deus in tempore ex-

De Existencia & Essentia Prædestinar.

§. II.

Solvitur velutum & commune argumentum quod contra prædestinationem fieri solet.

Non inutile forsan erit dilucere hic, & manifeste ostendere stultum prorsus esse & illuforium imperitorum, vel præverum quicundam hominum, in negotio fatidus satis vulgarem ratiocinationem qui sic de se arguentantur. Si o Deo prædestinatus sum, salvabor: si sum reprobus, dannabor: quicunque ergo modo fore bene, fore male visero, salvabor si sum prædestinatus, & dannabor si reprobus sum.

II. Hoc argumentum delictis olim quidam Monachus, tempore D. Augusti a religione defecit, & sicut canis reversus ad vomitum, ut refert Iosephus. Doctor lib. de dono perseverantie c. 15. Eadem ratiocinatione & discursu mouentur heretici hujus temporis, ut necessitatem bonorum operum, & nôstrorum auctum libertatem excludant. Quare illi dirigi possunt lepidi hac Tertulliani verba Libro 2. contra Marc. c. 5. *O canes quos foras Apostolus expellit, larvantes in Deum veritatis hoc sanctorum portentorum ova quia obviabili.*

III. Huic iugiter argumento cornuto, quod ex patre diabolico est, & quod militarium herefum origo, fontes, ac seminarium fuit, dicendum est cum August. citato illud a confitaude Dei gratia & prædestinatione non debere dertere Catholicos: *Sicut (inquit) non determineris a confitaude Dei præscientis, si quis de illo populo sic loquatur, & dicas: fore nunc recte vivis, fore non recte tales vos eritis postea, quales vos Deus futuros esse præsedit: vel bene, vel malo, si malo*.

4. Cur etiam in aliis negotiis, non par modo ratiocinatur impi? Cur non dicunt: novit Deus hunc agrum v.g. hoc anno feracem fore, aut sterilem. Si feracem novit, five a me cultus fuerit, five non, uberes mihi fructus feret. Si sterilem, ergo talis erit: etiam si ipsum affidus coluerim. Vel prævidit Deus fore me doctum, vel non fore? Si primum, omnino doctus ero, five fradeam, five non: Si secundum, etiam si nulli parcam labori, & totis impensis dies nocteque in studiis, nihil proficiam. Similiter prævidit Deus te hodie conaturum, vel non? Si primum, licet de coena nihil cogites, nihil ad eam pares, nec te moveas, coenabis tamen opipare. Si secundum, quantumvis pro cena sollicitus sis, incognitus eris. An non ridendi & expolidendi sunt bi & timiles discursus? Similiter etiam absurdum est haec argumentum, que Monachum illum in apostafiam & desperationem induxit, & falsa illa consequentia. Si sum prædestinatus, quidquid fecero, salvabor. Si enim es a Deo electus ad gloriam, utique non per quicunque, sed solum per bona opera comparandum, hec enim Deus non statu nisi per mediū idoneam finem concedere: ut sanitatem per medicinam, vitaoriam per frementem pugnam, scientiam per diligentiam in studiis: sic salutem aeternam, non nisi per bona opera. Et sicut Deus ab æterno prævidit & constituit ferilem fore agrum tuum, per diligenter a te eis culturam, vel iterum, si illam incultum relinquas, te doctum fore, per affiduum in literis operam, indotum, per studiorum negligientiam: te conaturum illis que paraveris, & non cognaturum: per defidiam & osoficiatum ita prævidit & prædelebitur te salvandum, per mandatorum observantium, non salvandum, propter eorum transgressionem ut eleganter exponit Angelicus Doctor hic art. 8. his verbis. Sicut sic prævidetur naturales effectus, ut etiam causas naturales ad illas naturales effectus ordinensus, sic quibus illi effectus non provenient: ita sic prædestinatus a Deo factus aliusquis, ut etiam sub ordine prædestinationis cedar quicquid hominem promovet in felicitate vel oratione propriis, vel aliorum, vel alia bona, vel quicquid huiusmodi quibus aliquis salutem non configuratur. Unde prædestinatus conandum est ab eis sperandum; & ordinandum, quia per huiusmodi prædestinationis effectus constituta litter implatur: propter quod dicitur 2. Petri 1. *Sicut ergo ut per bona opera certam vestram vocacionem & electionem facias*.

Hanc doctrinam ex purissimis ac limpidisissimis SS. Petrum fontibus hauistis. D. Thomas: Profser enim 2. de votis. Genitum cap. 36. sic discurreit: *Quavis quod Deus sicut nolla posse ratione non fieri, studio ramen non tolluntur orandi, nec per electionem proprieatum, liberis arbitris debet relaxatio, cum implenda voluntatis Dei ita sic prædestinationis effectus*, ut per laborem operum, per instantiam supplicationis & reprobum, & tota illorum discratio proveniret ex libero hominis arbitrio. Sed hoc est contra Apollolum 1. ad Cor. 4. dicens, *Quis enim te discernit? &c.* Et contra August. 11. de civit. c. 19. ubi docet distinctionem bonorum & malorum Angelorum suffit a Deo, & ait, *inter sanctos Angelos & immundos scilicet disceremus, ubi distinctiones: & diversi Deus inter lucem & tenebras; fulsi quippe ille ista discernere poterit*. Quod a fortiori de hominibus sentiendum est, nam ut lepide ait Bernardus serm. 2. de verbis Iosephi: *Quid prius postulando merentur accipere, quod eis impensis Deus diperit donare?*

Theol. Genet. Tom. II.

§. III.

Statuitur prædestinationem esse necessariam ad salutem.

5. Ico tertio: Prædestinatione ita esse necessariam ad 14 salutem, ut sine illa impossibile sit aliquem de facto salvari: nec nisi esse generalem providentiam ordinis supernaturalis, seu voluntatem antecedentem, qua Deus vult omnium salutem.

Est contra Catharorum lib. 2. de prædest. c. ult. affirmant plures salvari qui non prædestinatur a Deo. Distinxit enim duo genera salvandorum: alterum per prædestinationem, sub quo numerat Beatisimam Virginem, Apo[stolos], & alios eximis sanctitatis: alterum eorum qui siue illi sibi sunt, sub quo ceteros comprehendit.

Et iterum contra nominius Recentiores, que cum existente prædestinatione esse factam dependerent a scientia media explorante futurum confessum voluntatis creatae, docent non adeo esse necessariam ad salutem, quin potuerint homines salvati fieri sine illa, per solam providentiam generalem, qua Deus velis conferre illis media sufficientia ad salutem, quibus possum uti si velint, nullam absolute prædestinatio, sed solum sub condicione. Addunt aliqui, quod si Deus voluntate absoluta & per se efficaci vellet salvare homines, eorum libertas destrueretur: quia ex illa induceretur necitas antecedens, libertati contraria.

Nullum tamen de facto possit salvari, nisi fuerit prædestinatus, docent omnes fere Theologi, & adeo confitante, ut Soto ad Roman. 8. R. Banner his art. 7. concl. 3. Gonzalez disp. 70. feb. 1. dicant ut sine prejudio fidei negari non posse. Dicitur enim Matth. 25. *Venite benedicti Patris mei, p[ro]p[ter]e paratum vestrum regnum: preparatio autem regni celstis fit per prædestinationem*, ut docet Augustinus Tractatu 68. in Joannem: ubi explicans illa verba Christi: *In domo Patris mei mansiones multae sunt*, dicit: *Deus fecit illas prædestinando, facturas eis operando*. Unde Fulgentius de dicto Petrum cap. 35. alt. *Firmissime tenet, & inlucens dubitet, omnes que causa misericordia gratus bonitate Deus fecit, ante constitutionem mundi in adoptionem filiorum Dei prædestinatos a Deo, nec perire posse aliquem eorum quos Deus prædestinatio ad regnum calorem, nec quicquam eorum quos non prædestinavit ad vitam*. *Ulla posse ratione salvati*. Sentit ergo prædestinationem esse adeo necessariam ut nullus sine illa possit salvari.

Favet etiam D. Thomas hic art. 7. ubi docet numerum 16 salvandorum esse Deo certum, non solum ratione cognitionis, qua se fit sicut salvandi, sed ratione electionis & definitionis, ubi per definitionem & electionem, intelligit prædestinationem. Et in t. ad Annib. dist. 46. q. unica art. 2. ad 2. art. 1. ait quod voluntas antecedens non habet effectum; nisi voluntas consequens adjungatur: Ergo sentit homines non posse salvari per solam voluntatem antecedentem, & generalem providentiam supernaturalem, qua Deus decerneret dare auxilia sufficientia, absque prædefinitione & voluntate absoluta ullis illorum, nec consequenter absque prædefinitione.

Potest etiam siadetur conclusio ratione. Præcedent exp. 17. Prædestinatione estratio transiendi aliquem in vitam aeternam: Sed nullus salvari potest, nisi transiatur a Deo in vitam aeternam, cum illa exceedat vires creature intelligentiae, sicut sagittis non potest attingere scopum, nisi transiatur a sagittante: Ergo nullus salvatur, nec salvari potest, nisi fuerit a Deo prædestinatus.

Confirmatur: Sic se habet prædestinatione Dei ad consequentem salutem, sicut prævidetur in aliis rebus definitione, ut elegerit exponit Angelicus Doctor hic art. 8. his verbis. Sicut sic prævidetur naturales effectus, ut etiam causas naturales ad illas naturales effectus ordinensus, sic quibus illi effectus non provenient: ita sic prædestinatus a Deo factus aliusquis, ut etiam sub ordine prædestinationis cedar quicquid hominem promovet in felicitate vel oratione propriis, vel aliorum, vel alia bona, vel quicquid huiusmodi quibus aliquis salutem non configuratur. Unde prædestinatus conandum est ab eis sperandum; & ordinandum, quia per huiusmodi prædestinationis effectus constituta litter implatur: propter quod dicitur 2. Petri 1. *Sicut ergo ut per bona opera certam vestram vocacionem & electionem facias*.

Hanc doctrinam ex purissimis ac limpidisissimis SS. Petrum fontibus hauistis. D. Thomas: Profser enim 2. de votis. Genitum cap. 36. sic discurreit: *Quavis quod Deus sicut nolla posse ratione non fieri, studio ramen non tolluntur orandi, nec per electionem proprieatum, liberis arbitris debet relaxatio, cum implenda voluntatis Dei ita sic prædestinationis effectus*, ut per laborem operum, per instantiam supplicationis & reprobum, & tota illorum discratio proveniret ex libero hominis arbitrio. Sed hoc est contra Apollolum 1. ad Cor. 4. dicens, *Quis enim te discernit? &c.* Et contra August. 11. de civit. c. 19. ubi docet distinctionem bonorum & malorum Angelorum suffit a Deo, & ait, *inter sanctos Angelos & immundos scilicet disceremus, ubi distinctiones: & diversi Deus inter lucem & tenebras; fulsi quippe ille ista discernere poterit*. Quod a fortiori de hominibus sentiendum est, nam ut lepide ait Bernardus serm. 2. de verbis Iosephi: *Quid prius postulando merentur accipere, quod eis impensis Deus diperit donare?*

A 2. & gese.

& generalis providentia, aequalis est respectu omnium, & auxilia que ex illa proveniunt, relinquunt voluntatem indeterminatam: ergo quantum est ex parte talis voluntatis & providentiae, nulla est differentia seu discretio inter predestinationem & reprobationem, sed tota provenit ex ipso libero arbitrio. Unde D. Propterea in carmine de ingratis c. 6. in fine, referens sententiam Semipelagianorum, qui negantes propositum Dei ab solutum & efficax, dicebant Deum velle unnes homines salvos fieri, si tamen vocanti Deo confitentes volgerint, sic habet:

*Cum sine delectu, seu lex, seu gratia Christi,
Omnem hominem salvare vult; domique vocantis
Sic sit propositum, ut nullus non posse ad illud
Libertate sua, propriece vigore venire;*

Sicut fatus dicens salvari ex fine volenter;

20. Pratera, si quis salutem consequeretur sive predestinatione, & decreto efficaci & absolvato, illum transiunteme in vitam eternam, affectio talis finis efficit a se, & praeter intentionem Dei; quod repugnat infinite ejus sapientiae & providentiae: & Deus ageret tunc non secundum confirmationem voluntatis sua, ne apostolus, sed secundum determinationem & propositum voluntatis creare; nec eligeret homines, sed potius ab illis eligere: contra illud Christi Joann. 15. *Non vos me elegitis, sed ego elegi vos.*

21. Denique haec sententia Catharini, speciem Dei dilectionis erga electos penitus evacuat, non distinguens predestinationem a providentia generali ordinis supernaturalis, divinorum decretorum & auxiliorum efficaciam energetat, altitudinem hujus mysterii deprimit, pluraque alia congerit & accumulat absurdia & inconvenientia, quaepatentibus ex infra dicendis. Unde Fulgent. lib. 1. ad Mopum. c. 11. *Omnis & vocacionis nostra initia, & justificationis praevia, semper in predestinatione Deus habuit, quia in vocatione, & in justificatione, & glorificatione Sanctorum gratias futura preseverat. Et rursum c. 1. leg. In illa quippe impunibilitate confitit, secundum bonum placitum eis, quod propositum in eo dispensatione plenitudinis temporum, infrauenire omnia in Christo, que in celo & que in terris, in ipso ex sternitur dispositionis sua, in predestinatione jam fecit quacunque effectu operis sui, tempore congre- facienda dispositus,*

§. IV.

Solvuntur Objectiones.

22. Obiectio prima: Si predestinationis effector absolute ad salutem necessaria, sequeretur quod reprobatus non posset salvari, nec consequenter ipsi imputari damnatio: Sed hoc non est dicendum: Ergo nec illud. Sequela Majoris probatur: cum enim divinum decreatum sit aeternum & immutabile, reprobatus non potest predestinari: Ergo si predestinationis sit ad salutem absolute necessaria, sequitur reprobatus non posset salvari.

23. Respondeo, distinguendo Majorem. Reprobatus non posset salvari: Potentia consequenter, & in sensu composito, concedo Majorem: Potentia antecedenter, & in sensu stricto, nego Majorem: ad cuius probationem eodem modis distinguendum est Antecedens, & neganda Consequentia. Solutio est D. Thom. hic art. 3. ad 3. & art. 5. ubi sic habet: *Non oportet dicere quod Deus posset non predestinatione quem predestinatione, in sensu composto accipiendo, licet ab aliis considerando Deus posset predestinatione vel non predestinatione. Eadem modo refertur q. 6. de verit. art. 4. de 8. his verbis: Dicatur communiter quod hoc propositio: Deus posset non predestinationem predestinatione, in sensu composto est falsa, in diversis vero, & ita omnes locutiones illa quo sensum comprehenduntur implicant: sunt falsae simpliciter. Legendum est etiam q. 23. art. 5. ad 3. ubi inquit: *Quoniam non esse effectus divina voluntatis non posset sensu stare cum divina voluntate, tamen potest deficiendi effectum, sensu pati cum divina voluntate. Non enim illa sensu incompossibilitas: Deus voluntatum suum salvari, & ita posset damnari; sed ista sensu incompossibilitas, Deus vult, ipsum salvari, & ita damnari.* Item proportionaler dicendum est de reprobatis.*

24. Alii tandem solutionem sub aliis terminis tradunt: dicunt enim, quod hoc propositum, reprobatus posset salvari sua predestinatione, est vera, si illa particula sine reduplicare superpotentiam: falsa vero, si determinetur verbum *salvare*: nam licet reprobatio non tollat potentiam ad salutem, impedit tamen actualem ejus consecutionem. Quia etiam felicitus sumitur ex D. Thoma q. 1. de potentia art. 5. ad 1. ubi ait: *Hoc locutione, Deus non potest facere nisi quod prese- se possit, est duplex: quia exceptio potest referri ad potentiam que importatur per te posse; vel ad actuam qui importatur per te facere. Si primo modo, tunc locutione est falsa; pluram potest facere quam praesciat se possit, si autem secundo modo, sic est vera, & sensus est, quod non potest esse quod aliquid pati a Deo, & non sit a Deo praescitum.*

25. Obiectio secunda: Homo potest salvari per auxilia sufficientia ordinis supernaturalis, cum per illa sufficienter ordinetur & promovetur ad vitam eternam: Sed auxilia

sufficientia proveniunt ex voluntate Dei antecedente, & auxilia que ex illa proveniunt, relinquunt voluntatem indeterminatam: ergo quantum est ex parte talis voluntatis & providentiae, nulla est differentia seu discretio inter predestinationem & reprobationem, sed tota provenit ex ipso libero arbitrio.

Resp. dist. Majorem. Potest salvari per auxilia sufficientia, potentia antecedenter, & ab actu divisa, conc. Majorum. Potentia consequenter, & conjuncta cum effectu, nego Majorum. Soluto patet ex dictis in precedentibus.

ARTICULUS II.

Quos actus intellectus & voluntatis exigunt predestinatione, nique ad suam executionem?

§. I.

Quibusdam premissis difficultas resolvitur.

Certum est ad predestinationem ex parte voluntatis 26 divine necessarium esse decreta ab solutum & efficax, quo Deus intendat, statuat, ac decernat dare gloriam quibusdam Angelis & hominibus, & quo illos eligat ad gratiam, & ad meritum que sunt media eis affectione necessaria, ut confat ex dictis articulo precedentibus. Certum est etiam, ex parte intellectus divini requiri scientiam simplicis intelligentiae, quia Deum dirigat in formulandis suis decreta, & que finis possibiliterem, & mediorum ad illum conductentem efficaciam & causabilitatem demonstrat. Ollendimus etiam in Tractatu de scientia Dei disp. 6. art. 5. §. 7. scientiam medianam, futuram voluntatis nostra consensum indagantem ac explorantem, ad predestinationis negotium non esse necessarium, & de hoc iterum redibit sermo infra, quando agemus de certitudine predestinationis. Unde ad duos tantum actus praefatis difficultas devolvitur: Primus effectus voluntatis qui executionem immediate precedit & appetitur usus. Secundus effectus intellectus qui electionem subsequitur, & vocatur imperium. Queritur ergo primo, ad quod negotium predestinationis, quo Deus intendit dare gloriam predestinationis, & gratiam ac meritum quibusdam consequentur, sit necessarium in voluntate Dei aliis actus, qui usus actus, seu decreta executionis, appellari solet, ut talia media executioni mandentur: Secundo dubitatur, an praeceps judicium regulans electionem, & illam antecedens, necessarium sit in divino intellectu impetrans regulans usum & executionem?

In quo tres responso sententias. Prima utrumque actum 27 in Deo negat: Secunda primum admittit, & alterum rejectit. Tertia utrumque ad negotium predestinationis necessarium esse existimat. Prima tueri Vaquez hic disp. 83. cap. 3. & 1. 2. disp. 47. c. 2. Secundum defendit Sur. lib. 1. de effectu predest. cap. 14. Tertia vero communis est in Schola Thomistis, eamque tenent ex Patribus Societatis Bellarum. lib. 2. de gratia & libero arbitrio cap. 9. Granado Tract. 5. disp. 6. sect. 1. Herice, Ruiz, & ali, cum quibus

Dico primo: Prater electionem mediorum ad ordinem intentionis spectantem, requirunt in voluntate Dei decreta executiva de iustis mediis, ab electione aliqua ratione diliguntur. Hanc conclusionem primo statuo, quia ex illis actus necessitate, pendent necessitas impietatis distincti a iudicio regularitate electionem.

Probatur ergo primo conclusio ratione fundamentali. Omnis actus in voluntate nostra repertus, concedi debet voluntati divinae, si in suo formalis conceptu imperfectionem non involvit. Sed datur in voluntate nostra usus ab electione distinctus: Ergo illi actus debet divina voluntati concedi, & per negotio predestinationis adiungi. Major patet: nam de rebus divinis, & de actibus divini intellectus & voluntatis, debemus Philosphari juxta ea quae videmus in rebus creatiis, seclusis imperfectionibus. Minor autem quam negat Vaquez ubi supra, contendens in voluntate creatra non dari usum ab electione diliguntur, probatur primo ex D. Thoma 1. 2. q. 16. art. 1. ubi docet usum esse actum voluntatis moventis & applicantis potentias anime ad suos actus. Et art. 4. in corpore, at quod usus sequitur ab electione. Et in resp. ad 1. quod *medias inter electionem & executionem*. Et q. 17. art. 3. ad 1. sic habet: *Potest determinatio confitit, quae est iudicium rationis, voluntatis eligit, & post electionem, ratio imperia per quod agendum est quod eligitur, & sine dominum voluntates alienas incipit ut, excepit imperium rationis.*

Secundo probatur eadem Minor ex doctrina quam tradit idem S. Doctor locis citatis, praecepit q. 16. art. 4. in corpore, ubi docet voluntatem duplum habitudinem ad voluntatem dicere: unam secundum quod est in voluntate per quamdam proportionem, & alteram ad voluntum habendum realiter; & quia ad primam spectat electio & ad secundam usum, infert usum esse post electionem. Ex qua doctrina potest hac formari ratio contra Vaquez. Actus conjungens voluntatem cum volito solum affective distinctus est essentia-

De Existentia & Essentia Praedestinat.

essentialiter ab actu conjungente voluntatem cum volito ut realiter habito: At electio solum primo modo conjungit voluntatem cum volito, nam ex vi illius voluntum non habetur in re: usus autem realiter eam conjungit cum volito, cum ex vi illius potentia exequentes applicentur, & effectus statim sequatur: Ergo electio & usus essentialiter distinguuntur.

